



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Item de prædestinatione. xxxv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

riam. In hac extrema sententia notandum, quod de euangelio sumens testimoniū, ait, prædestinatos malos in ignē æternum, eo quod dicturus est dominus in iudicio non solum bonis, ut percipiant regnum sibi paratum à constitutione mundi, verum quod malis dicturus est. Ite maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Ex hoc enim approbat, quod iniquos & impios dominus prædestinauerit ad supplicium, ex eo quod illis dicturus est: Ite in ignem æternum. Vnde qui volunt dicere, quod pœna prædestinata sit iniustis, nō iniusti prædestinati sunt ad pœnam, viderint qualiter huius authoris dicta intelligant. Cui enim paratur pœna, is nimirum preparatur ad pœnam.

*Item de prædestinatione. Cap. XXXV.*

Vasis verò ire nunquam Deus redderet interitū, si nō spontaneū inueniretur homo habere peccatū. Quia nec Deus peccanti homini iuste inferret iram, si homo ex prædestinatione Dei cecidisset in culpam.

*Itē Augustinus.*

*Item de prædestinatione. Cap. XXXVI.*

Sicut enim præscientia neminem compellit ad peccatum, cum utiq; præscierit singulorū ante secula externa peccata, ita quoque & prædestinatio eius neminē compellit ad pœnam. Licet & antequā nascatur, aliquis prædestinatus sit, si permansurus est in iniquitate ad pœnam.

*Ex dictis Fulgēti.*

*Item de prædestinatione. Cap. XXXVII.*

Sicut enim nemo potest imputare Deo quod peccat, ita quoque quod peccatis puniendus sit. Peccat enim propria voluntate delinquens, puniendus est autem iusto iudicio iudicantis, & sicut peccati causa non ex Dei præscientia descendit, quia nullus idcirco peccat: quia Deus eum peccaturum præscierit, sed idcirco quia magis proprie concupiscentiæ obedierit, quam præcepto prohibentis Dei à peccato. ita quoque nullus idcirco ad pœnam vadit: qui hoc in prædestinatione Dei ante fuerat. Ex eo enim quod præscitus est in peccatis permansurus, & sine pœnitentiæ fructu, vitam præsentem terminaturus, ex eo deputatus est ad pœnam. Et sicut causa peccati concupiscentia est, qua magis obeditur voluntati carnis, quam præ-

*Ex dictis Ambro.*